UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ Dicatvm

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

8. Quoto ætatis suæ anno Dauid in regem primum inunctus fuerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64340

Visual Library

QVÆSTIO VIII.

Quoto ætatis ſuæ anno Dauid in regem primum inunctus fuerit.

1 Sulpitius lib. 1. ſacræ hiſtor. Etſi annos Dauidis in regem deſignati non exprimat, eum tamen ait tunc puerum fuiſſe. Torniellus an. m. 2964. num. 1. tradit eum vix annum vitæ 15. expleuiſſe, cui computo fauet Serarius hîc & Paludanus tract. 2. cap. 7. vbi Dauidem anno 15. ætatis à Samuele vnctum probat. 1. Quia hoc modo commodè dantur regno Saulis anni 32. & Isboſeth 8. *Secundò.* Quod non multo maior 15. annis eſſe potuerit colligit ex Scriptura, quæ tunc eum *paruulum* vocat, hîc v. 11. & paulo poſt *puerum* cap. 17. v. 33. Quod nec multo minor fuerit, ex eo conijcit, quod haud multo poſt factus ſit Saulis armiger. v. 21. imò *bellicoſus, & fortiſſimus robore dicatur*, v. 18. *1. Opinio*

2. Probabiliores tamen eorum rationes mihi videntur, qui Dauidem 20. circiter annos natum eo tempore fuiſſe arbitrantur. Ita Abulenſis hic q. 1. qui Sauli regnanti annos 20. computat, atque à principio regni ipſius vſque ad vnctionem Dauidis ait 10. annos tranſijſſe vel amplius, ita vt Dauid eſſet plusquã 20. annorum, quia nempe completo 20. ei vigeſimus primus decurrebat vitæ annus. Salianus anno 20. Petauius 21. aut 22. hanc in Dauidem regni translationem annotant. Et Scriptura quodammodo inſinuat hic v. 13. vbi cum Dauidem à Samuele vnctum retuliſſet, mox adiunxit. Et directus eſt ſpiritus Domini à die illa in Dauid & deinceps. Surgens Samuel abijt in Ramatha. Spiritus autem Domini receſſit à Saul, & exagitabat eum ſpiritus nequam, &c. verſ. 14. Vnde colligere licet, ſub idem ferè tempus Saulem à maligno ſpiritu vexari cœpiſſe, quo Dauid recens à Samuele oleo regio inunctus & paulo poſt, ad Saulem vt eius ægritudinem pſallendo leniret adductus eſt. *Tunc autem erat fortiſſimus robore vir bellicoſus & prudens in verbis.* 1. Reg 16. verſ. 18. Et venit Dauid ad Saul, & ſtetit coram eo: at ille dilexit eum nimis, & factus eſt eius armiger. v. 22. Quæ puero quindecim duntaxat annos nato minimè conueniunt: vt mirum ſit Paludanum ad ſuam opinionem ſtabiliendam, hiſce Scripturæ teſtimonijs vſum fuiſſe. Iuuenes apud Hebræos non cenſebantur ad bellum idonei, ante annum ætatis vigeſimum, ac idcirco nec viri bellicoſi ante iſtud tempus vocabantur. *Concluſio.*

3. Ratio, quam priori loco affert Paludanus non vrget: computatio enim illa quæ Sauli 32. annos numerat, Isboſeth 8. reijcienda eſt, cum recedat à communi veterum patrum & interpretum doctrina: qui 40. illos annos, quorum Apoſtolus meminit Act. 13. aut Samueli & Sauli, aut Sauli ſoli tribuunt, vt dictum ſuprà. *Ad 1. Paludani.*

Ad 2. 4. Nec plus roboris habent, quæ idem auctor ſecundo loco adh...
uid enim illo v. 11. *paruus* in Hebræo & Græco appellatur; in vulgato...
& capite ſequenti v. 14. *minimus*. Subaudi non abſolutè, ſed facta ei...
fratribus comparatione, qui eum ætate præcedebant. Capite verò ...
catur *puer*, non eo tempore, quo vngebatur, ſed quo ſeſe ad duellum c...
te ineundum accingebat, & tunc erat circiter annorum viginti vn...
rum, vt putat Paludanus l. c. concl. 2. vel potius ſenior, vt mox dicam. ...
ex eo, quod Dauid appelletur vir bellicoſus, & factus ſit armiger Sa...
20. aut 21. annorum potius quam 15. indicari videtur.

5. At quoto regni Saulis anno contigit hæc ſecreta Dauidis in...
Quinto putat Torniellus; decimo vt minimum Abulenſis: Petauius...
lianus octauo. Si Saul 18. annos regnauit; Salianum ſequi malim; ſi...
quod probabile eſt, Petauium.

I. REGVM. XVII.

QVÆSTIO IX.

Quoto ætatis ſuæ anno Dauid Goliam vicer...

Non anno 29.

1. QVi non niſi biennio Saulem regnaſſe exiſtimant; neceſſario ...
dis monomachiam in annum eius 29. referunt: ſed eam ...
minimè admittendam eſſe, ex dictis manifeſtum eſt.

Nō anno 2. à ſua vnctione.

2. Neque opinio Caluiſij placet, qui anno m. 2880, ait Dauidem ...
inunctum & ad regem Saulem vt cithara luderet accerſitum: ann...
quenti victoriam & triumphum de Goliath reportaſſe. Idem opin...
cholceri & Funccius, dum hæc notant anno m. 2883. & 2884. Plus...
poris à primo Dauidis in Regiam aduentu, vſque ad cæſum Goliath...
fiſſe videtur: aliàs Dauid ante duellum Sauli & Abnero non fuiſſet ...
hoc lib. q. 7. annotaui.

Cur Abner Dauidem non agnouerit.

3. Dices: quod Abner Dauidem non agnouerit, mirum non eſt ...
pore, quo Dauid in Aula verſabatur, Abner in caſtris, aut alibi deg...
autem ex Dæmonis vexatione, phantaſia ac memoria perturbat...
minus Dauidem agnoſceret, præſertim verò ob veſtium mutation...
in Regia commorans lautiori cultu corporis nitebat; domi autem, ...
diens ruſticis veſtibus & habitu paſtoritio vtebatur. Reſpondeo ...
ſi nunquam Abner cum Dauide in aula Saulis fuiſſet, ſi eum factum ...
migerum nunquam nouiſſet. Deinde probabilius videtur Dauidem ...
ſtitu ornatum è Regia ad parentem diſceſſiſſe, nec Iſai tam fuiſſe ...
vt filium proceribus non ita pridem & aulicis familiarem ruſtica...